Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1473
Quelle:
Copyright:

mij. Et eſt finitus Anno domini M°. CCCC°. XII°. ſabbato ante feſtum circumciſionis domini.

IV. *fol.* 60. absque inſcriptione Tractatus *de Ideis*, cujus initium: *Tractando de ydeis primo oportet querere* &c. Ut alibi.

CCCXCI.

884 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 196. f. per duas columnas ſcriptus et rubricis diſtinctus, quondamque *Pauli de Slawikowicz*, ad quem etiam *Codex* DCCCCLXVIII. pertinuit, *Joh. Wicleſi* Scripta complectitur, quae enumero: I. ex Elencho praevio: *De officio regis.* Initium Prooemii: *Sentencia de officio regis in compendio ſic habetur* &c. Capitibus conſtat XII. quorum I. infit: *Conſequenter ad ordinem clericalem reſtat de militari ordine pertractandum* &c. Ad calcem accedit Index alphabeticus. Prolixum hunc Tractatum apud *Baleum* aut *Tannerum* non reperi.

II. *fol.* 63. *De Cruciata i. contra bella Clericorum.* Init: *Cum ſecundum fidem Catholicam Ro. 8. Timentibus deum* &c. Ad calcem: *Explicit cruciata ewangelici doctoris.* Ut alibi.

III. *fol.* 70. *Incipit tractatus eiusdem de chriſto et eius aduerſario.* Init: *Secundum katholicos Eccleſia eſt predeſtinatorum vniuerſitas* &c. Ut alibi.

IV. *fol.* 78. p. 2. *De ſeptem donis ſpirituſſancti.* Init: *Cum ſpiritus ſanctus ſit tertia perſona trinitatis* &c. Ut alibi.

V. *fol.* 80. p. 2. *De triplici vinculo amoris.* Init: *Tria ſunt vincula amoris, quibus fideles viatores* &c. Ut alibi.

VI. *fol.* 87. *Exhortacio cujusdam doctoris.* Init: *Labora ſicut bonus miles* &c. *Poſt fructum benedictionis ſequi debet* &c. Ut *Cod.* CCCLXXXV. Sed hic deeſt Sermo Benedictionis ibi praecedens et connexus.

VII. *fol. eod.* p. 2. *De noua preuaricantia mandatorum.* Init: *Cum ſecundum veritatis teſtimonium Matth. 19. ad ingreſſum in patriam* &c. Ut alibi.

VIII. *fol.* 92. *De condempnacione 19. queſtionum.* Init: *Cum ſecundum Apoſtolum hebr. 11. fides ſit fundamentum* &c. Ut alias.

IX. *fol.* 99. *De vaticinatione ſeu prophetia.* Init: *Cum ſecundum ſanctos ſpectat* &c. Et: *Vaticinatur autem doctor quem noſcis* &c. Ut alias.

X. *fol.* 101. p. 2. *Incipit tractatus de officio paſtorali.* Init: *Cum duplex debet eſſe officium, ad quod fideles diligenter attenderent* &c. Capitibus XII. conſtat, et relatus eſt alibi.

XI. *fol.* 117. *Incipit eiusdem de blasfemia.* Prolixum Opus conſtans Capitibus XVIII. Init: *Reſtat ſuccincte de blasfemia pertractandum. Eſt autem blasfemia inſipiens detractio honoris domini* &c. *Baleus* initium non adpoſuit. Ad calcem bohemice adjicitur:

Vtyeſs